Fragmentarium

nine scribere
audiatur ad
s uidea tur
lectionis
mp inlustrare
ISSIMO
ERMO SALUTE
quia caritas
m rogar&e
responso
tus p fatio
lata saltim
es quibus
quodcerto
ec certe
mico pecto
lar sime
ut inmune
tor simul
asi insignis
um
s uigilantis
ieronimus
ce uerbis
datumq;
me is bre
uiaopero
auctore
s elatere

primas nominum litteras inprimere p(er)q; has uiritim ubi cuiusque
patrum incipiat. Ubi sermo quem transtuli desinat intimare. Sol
licitius per omnia ; Ne maiorum dicta furari & haec quasi mea
propria conponere dicar. Multumq; obsecro & per d(omi)n(u)m legentes
obtestor. Ut si qui forte nostra. haec qualia cumq; sunt opuscula trans
scriptione digna duxerint. Memorata quoq; nominum signa ut in
nostro exemplari repperiunt adfigere meminerint ; Nonnulla
&iam que ut uerbis tuae scitatis loquar mihi auctor lucis aperuit.
proprii sudoris inditia. ubi oportunum uidebatur adnexui ;
Qui in legis diuinae meditatione. & si non ut ipse scripsisti. dies noc
tesq; p(er)uigiles ducere sufficio ; Non parum tamen studui me in
in scripturis inpendisse non dubito. & ea solum que mihi auctor
lucis aperire dignatus est. Non in hoc tantum opusculo sed in om
ne prorsus lectione potuisse uidere id est recte sentiendo di noscere
Quod uero ais mouere quosdam quare in apocalipsi noua interp(re)
tatione. matheum leoni marcum homini adsignarem. intueri
debuerant. Quicumq; illi sunt quos hoc mou&. quia non hoc mea noua
sunt. antiqua patru(m) explanatione traditum dixi ; Neque enim mihi
a me ipso ita uisum sed ita a beato augustino expositum fuisse memo
raui & paucis &iam unde hoc adfirmar& adiunxi. Cuius non
abre est si ipsa quoq; uerba ponentes quid de euangelistis uel typis
eorum animalib; senserint. Ostendamus quibus & illud nostru(m)
opus ab iniusta uituperatione saluetur. & haec p(ro)posita tanti doc
toris auctoritate firmetur ; Cum ergo multa pulchrae eximie
de euangelistis in libro de consensu eorum primo p(rae)misiss& iungit
int c&era dicens. Et quamuis singuli suum quendam narrandi
ordinem tenuisse uideantur. Non tamen unusquisq; eorum
uelut alterius p(rae)cedentis ignarus uoluisse scribere repperitur.
t ignorata preter misisse que scripsisse alius inuenitur.
Sed sicut unicuiq; inspiratum est non sup(er)fluam cooperationem

License: cc-by-nc-sa – Paris, Bibliothèque nationale de France, lat. 5288, 36r – Fragments of manuscripts gathered by Étienne Baluze (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k57p/418/36992)